



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 3. Quæ vera pœnitentia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Ch·risti
verba e-
uertunt.

Hæreseas
incrementum.

Deum
ratioci-
nando
conijcere
putant.

Vorstius
Deum
mutabi-
lem fa-
cit.

Christi sententiam suis aduersariis seſcis intelligant, eum ex vulgi ſententia locutum alleuerant. Verba Domini ſunt. In cilio & cinere penitentiam egſſent. Hic Caluinus; *non quod prouideris Deus, quod ſalutari ſue- rim.* Quomodo ergo affirmat? An Deus coniectura vſus id dixit? Mihi non tam mirum videtur id homines impioſi excogitaſſe, quam atroꝝ, quod inde deducere conati ſint eorum poſteri: nunquam enim vbi cępti, hæreſis conſtitit. Multorum errorum etiam inter ſuos, inſimulatus eſt Vorſt uſ. Nam auſtor qui examinat reſponſionem eius ad articuloſ ex Angliâ miſſoſ. *Articulo Tertio*, hanc illi hæreſin imputat. D. cere eum; *Deum de futuris per diſcurſum & ratiocinando conijcere.*

21 Nam pag. 452. dicit. [Videtur omnino quædam
22 dianoiā, fed meræ diuinæ & noſtræ valde diſſimilis eſſe
23 ſe in Deo; ſicut ex reſponſione ad 11. colligi poteſt
24 nam de quibus abſolute nihil ipſe definiuit, ea rat o
25 cinando, vel in hanc, vel in illam partem colligere di
26 citur. Vid. exempla Gen. 18. &c. Sed improprie & me
27 taphorice, citraque omnem veram humani diſcuſſus
28 imperfectionem accipienda inquit.]
29 Et pag. 311. [Sapientiam Dei per ſe minime requi
30 rere, vt Deus omnia & ſingula quæcumque nunc in
31 mundo ſunt ab æterno ſcientiā Viſionis abſolutā
32 prænouerit.]

Vorsius „ Et. [Etiam Deus suo modo aliquando meruit h. e.
Deum „ merito suspicatur, & prudenter coniicit, hoc veli-
mutabi- „ lud malum euenturum ex aliquo suo opere, si ipsum
lem sa- „ forte procedat, etque opus ipsum iam inceptum de-
dit. „ ferit, aut immutat.]

Hoc est illa doctrina, qua negatur, Deus prævidisse quid acturi fuissent Tyrii & Sidonii, si signa inter eos edita fuissent. Sed tantum iudicare, quid humano more viderentur facturi fuisse.

QVÆSTIO III.

Annegata illis urbibus gratia?

§. 1. **N**on præuenit, non adiuvit magno auxil' o-
quo multos ducit, gratiam tamen suffi-
cientem dedit, qua possent, non dedit illam, qua per-
uenirent etiam re ipsa, & facto.

Itaque non negat Christus Tyriis & Sidoniis datam sufficientem gratiam, sed non datam eam, quam Corozaitis & Bethsaida's, cur id non fecerit, scire non possumus, nec fas est inquirere. Ita verbes D. Prosp. Resp. lib. i. *Qui enim voluntatem Dei spreuerunt innocentes, voluntatem Dei sentient vindicantem.* & lib. 3. cap. 6. *De Tyriis vero & Sidoniis, quid aliud possumus dicere quam non esse eis datum ve credent, quos etiam creditu'ros fuisse ipse veritus dicit, si talia, qualia apud non credentes facta erant virtutum signa vidisset? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant ipsi, quod ipsi, qui calumniantur: & ostendant cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant fecerit. Nos etiam sirationem facti & profunditatem iudicii eius penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit. Et non solum Tyriis & Sidoniis, sed etiam Corozaim & Bethsaida potuisse conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis Dominus voluisset operari.*

Dei consi-
lium in al-
tera vita
apparebit.

S. August. Enchir. c. 96. In illa vita, hoc est, futura, agnituros, quod negat Tossianus. quia ex sola *didonata* est; sed tamen suae *didonatae*, constat Deo ratio. quam electis reuelare potest.

§. 2. Non ideo perierunt, quia non est illis prædicatum, sed quia peccarunt, & gratiam suam qualem-cunque repudiarunt.

§. 3. Tyrus & Sidon vrbes nobiles 200. stadiis
diffatæ, portu opportuno plenæ diuitiis & opibus,
cum illis commercia erant tribus vrribus Iudæicis,
nam per Capharnaum transitus erat orientalibus

Tyrum & Sidonem. De ill' s Isa. 23. 1. Ezech. 26. 2. & 27. 3. & 28. 2. Amos. 1. 9. Vicinæ Iudæis & fidem discere, & Dei cultum poterant. Ita magnam gratiam, sed non parem Iudæis habuerunt.

§. 4. Repudianda est prorsus eorum opinio, qui existimant puniri quosdam, quod Evangelium fuissent contempturi, si ipsis promulgaretur; eodem enim modo dici posset etiam Tyrios, Sidonios, Sodomitas glorificandos, quod essent acceptum & credituri. Verum est quod buldam non proposuit fuisse, ideo quod credituri non fuissent, non tamen ideo puniendi sunt, quia erant reiecturi, si nec datur gratia ob praevisum usum liberi arbitrii, nec negatur ob praevisum neglectum.

§. 5. August. lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. ostendit gratiam efficacem non physica dari determinatione, sed per modum suasionis. *Igitur non volens, &c. qui hoc modo vocatur, quomodo apium erat eis, qui secuti sunt vocacionem. Et deinde: cuius miseretur, sic eum vocat, quomodo scit eis congruere, vt vocantem non respuat, Et l. 2. de bono perseverant. c. 14.*

Caluiniani respondent, vt Pareus, suasionem referri ad effectum cum interna motione, non ad ingenium hominis, vt illud sit idoneum parere suasioni. Verum nemo est, qui externam suasionem sine interna gratia efficacem dicat, nemo etiam Catholicus qui irresistibilem, & libertati aduersam motionem admittat.

QVÆSTIO III.

Quæ vera Pœnitentia?

§. 1. **N**on sola resipiscencia, quæ sit melioris vite
inchoatio, sed etiam in detestatione peccatis,
in assumpta pœna cilicii & cineris contritio. Est
vero hic *μετάνοια* רַבִּי Syriace, quod aduertat de
sola emendatione dictum contendunt. At cilicium,
μακροχρῆστος ostendunt iam ante eos resipiscen-
tiam, & porro pœnitentiam agere, quos vere delictorum
pœnitent.

Erratigitur Beza quando ait *cum sacco & cinere* εν
σάκκῳ καὶ ἀσπιδῷ particulam εν *emittens* per σὺν *cum*.

Q V Æ S T I O IV.

Quæminatur Capharnaum?

9.1. **I**N Græco legitur *ἡ εὐαγγελία ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῷ γαίῳ ἐκκαταστάται*, ita apud Luc. 10. 15. Vaticanus & Parisiensis codex habent *καὶ εὐαγγ.* nonne vsque. In cælum exaltata esse dicunt, Christi, habitatione, doctrina, miraculis illustri, vel opibus, negotiatione, gloria, nam celebre admodum emporium fuit. Sententia contra eam profertur, vsque ad infernum *καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῷ γαίῳ ἐκκαταστάται*. Iun. & Tiemel. inapte in foueam, cum sit *εἰς ἁδὲς*, & Piscator Caluanianus dicat. *ἁδὲς Plutonis*. [Vsque ad inferos, inquit, *εἰς ἁδὲς*. Ad vrb. vsque ad Plutonis, fabulando inquit, *εἰς ἁδὲς*, id est, domum: ellipti Attici. est autem illa periphrasis gehennæ: quem infernum vulgo di. imus; Germanice die Helle. Syrus habet, vsque ad sepulchrum seu foueam *לְשִׁמְרָה*. Erenim nomen *שִׁמְרָה* schol., quod apud Heb. æos sepulchrum significat, Græci interpretes reddiderunt nomine *ἁδὲς*, vel Plut. 16. non reliques animam meam *εἰς ἁδὲς*: pro quo Act. 3. dicitur *εἰς ἁδὲς* Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens *εἰς ἁδὲς*. Attamen istud nomen de gehenna, seu loco damnatorum accipitur. Luc. 16. 23. Etia accipiendum quoque videtur hoc loco: quia pars mundi summa atque extrema parti infimæ atque inimæ videtur opposita.]

Itaque